

### Caput III.

77

hisce quinque aliis incompletis, fiunt hoc ipso decem, & novem anni, sed non exacti. Corrigendus est autem Comineus, qui in spelunca, seu rupe illa scripsit, per triginta & unum annum Franciscum mansisse; sed de hoc in Differ. i. fusiis.

VI. *NISI HERBAS CRUDAS*) Testis 117. Processus Episcopi Ambianen; Nobilis Antonius de Figlina Calaber deponit, se à quam plurimis fide, & testimonio dignissimis accepisse præfatum de Paula loca deserta petuisse, in quibus subitus non parvum rochum quamdam speluncam, per longum temporis intervallum, Mundanos, & eorum confabulationes summo perè aspernando, suum quoque corpus omnimodis herbarum comedionibus macerando, habitavit. In ejus Officio recitat Ecclesia, quod vixi asperam, sed meditationibus Cœlestibus suavem vitam in deserto duxit.

VII. *CÆPIT AEDIFICARE PRIMUM CONVENTUM PAULÆ*) Videtur his verbis post parvæ Cappellæ cum tribus Cellis mentionem, statim subjungi Ecclesiam, cui Pyrrus primum lapidem posuit, absque eo quod majoris Oratorii memoriam faciat, quod S. Francisco de Assisio consulente, & adhortante, constructum est. Sed Giry in laudata Chronologica Dissertatione cap. 11. ad hanc objectionem respondet, sic Scriptorem nostrum loquitur: non quod assertam ædificiorum successionem insciari velit, sed quod compendio Scriptoribus historiarum, tam sacris, quam profanis satis usitato, utatur. At de hoc iterum in Differ. 8. fusiisque loquemur.

VIII. *BONUS EPISCOPUS CONSENTINUS*) Duo fuerunt Sancti Viri temporibus Consentini Archiepiscopi ex Nobile Caracciolorum de Pisquio gente progeniti, ambo Francisci rebus apprimè propensi. Berardus, vel ut alii malunt, Berardinus Caraccioli fuit primus, anno 1424.

ex: